



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

90. Quomodo à fideli seruo expectandus sit dominus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

S. *Matthæus*S. *Marcus*.S. *Lucas*.S. *Iohannes*.

Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, & vos similes hominibus expectantibus dominum suum quâdo reuertatur à nuptiis: ut cum venerit & pulsauerit, confestim aperiant ei. Beati serui illi, quos cum venerit Dominus, inuenerit vigilantes. Amen dico vobis, quod præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit: beati sunt serui illi. Hoc autem scitote, quoniâ si sciret paterfamilias, qua hora sur veniret, vigilaret utique: & non sineret perfodi domum suam. Et vos estote parati: quia qua hora non putatis, filius hominis veniet. Ait autem ei Petrus, Domine, ad nos dicis hanc parabolam: an & ad omnes? Dixit autem Dominus, Quis, putas, est fidelis dispensator & prudens, quæ constituit Dominus supra familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram? Beatus ille seruus, quæ cum venerit Dominus, inuenerit ita facientem. Verè dico vobis, quoniâ supra omnia quæ possidet, constituet illum. Quod si dixerit seruus ille in corde suo, Morâ facit Dominus me venire: & cœperit percutere seruos & ancillas, & edere & bibere, & inebriari: veniet dominus serui illius in die qua non sperat, & hora qua nescit, & diuidet eum, partemque eius cum infidelibus ponet. Ille autem seruus qui cognouit voluntatem domini sui, & non se preparauit, & non tenuit secundum voluntatem eius: vapulabit multis. qui autem non cognouit, & fecit digna plagis: vapulabit paucis. Omni autem cui mul-

S. Matthæus. S. Marcus.

S. Lucas.

S. Iohannes.

tū datū est, multū queretur ab eo: & cui cōmendauerūt multū, plus petēt ab eo. Ignem veni mittere in terram: & quid volo, nisi vt accendatur? Baptismo autē habeo baptizari: & quomodo coarctor, vsquē dū perficiatur? Putatis quia pacē veni dare in terrā? Non, dico vobis: sed separationē. erūt enim ex hoc, quinq; in dōmo vna diuisi, tres in duos, & duo in tres: diuidētur pater in filiū, & filius in patrē suū, mater in filiā, & filia in matrē, socrus in nurū suā, & nurus in socrum suā. Dicebat autē & ad turbas, Cū videritis nubē oriētē ab occasu, statim dicitis, Nimbū venit: & ita fit. & cū austrū flantē, dicitis, Quia aestus erit: & fit. Hypocritæ, faciem cæli & terræ nō scitis probare: hoc autē tēpus quomodo nō probatis? Quid autē & à vobis ipsis nō iudicatis quod iustum est? Cū autē vadis cū aduersario tuo ad principem, in via da operā liberari ab illo: ne fortē trahat te ad iudicē, & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem. Dico tibi non exies inde, donec etiam nouissimum minutum reddas. * 91.

CAP. 91. Occasione Galilæorum in sacrificijs suis mactatorum. & illorum, quos turris Siloë ruina oppresserat, Christus ad penitentiam hortatur, alioqui instar ficus infructuosæ excidendos. Luc. 13. * 90.

S. Matthæus. S. Marcus.

S. Lucas.

S. Iohannes.

ADerāt autē quidā ipso in tēpore, nūctiantes illi de Galilæis, quorū sanguinē Pilatus miscuit cū sacrificijs eorū. Et respōdēs dixit illis, Putatis quod hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? Non, dico vobis: sed nisi penitentiā habueritis, omnes similiter peribitis. Sicut illi decem & octo, supra quos cecidit

Q 4 turris